

Ung.  
38

~~C. H.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

W-58.

SIGNAT. ~~clio~~ CCCXIII.



XXXX.

De

# PERSECUTIONIBUS

Primitivæ Ecclesiæ

*In tribus prioribus seculis*

Gottlieb Rosenberg / Raut. Sil.

JEREMIAS Kalmann / Pulsn. Misn.

CHRISTIANUS Blottner / Raut. Sil.

Ordine se immediatè subsequentes

die 22. April.

*verba facient.*

Simulquè

Ad Academica studia profecturi

Beneficiorum haud immemores

Patronis, Benefactoribus, & Præceptoribus gratias persolvent.

*Horum*

gratam mentem

*"*

Dn. Patroni, Fautores atquè Amici

Favore & amore dignam

*judicent*

Præsentiamquè suam desideratissimam ad sesquihorulæ

Spatium illis commodent

*vehementer rogat*

M. JOHANNES Rosenberg |

Schol. Budist. Evang. Rect.

---

*Typis ANDREÆ RICHTERI. A. C. 1687.*




XXX
 Ncepi in proximo Programmate armorum  
 potissimum Catalogum qibus adversus  
 Athletas Christi in primitiva Ecclesia pu-  
 gnatum fuit. Et qvia Declamatoribus no-  
 stris decem illas horrendas persecutio[n]es,  
 qvas tribus seculis Ecclesia animo intrepido  
 sustinuit, ex Historia Ecclesiastica excerptas Valedictoriæ  
 loco describere placuit; itaq; ego in affecto argumento  
 pedem proferam, & qvæ adhuc restant in litera C. subjici-  
 am. Perventum est ad Carcerem. Sicut autem Carcere Car-  
 cer deterior, & squalidior, ita deterrimi & squalidissimi  
 qviq; Martyrum fuere proprii. Hujus generis extitere  
 barathra. Horum unum à Prudentio Hymn. 2. 245. seqven-  
 tib[us] verbis depingitur: *Æterna nox illic latet, Expers diurni*  
*sideris. Hic carcer horrendus suos habere fertur inferos. In hoc*  
*barathrum conjicit truculentus hostis martyrem.* Et qvia lon-  
 gum qvandoq; tempus in tantis barathris qvasi vivi sepelie-  
 bantur Christiani, hinc Tertullianus Cap. 2. ad Martyr. eos le-  
 quenti solamine erigit: *Habet carcer tenebras, sed lumen estis*  
*ipsi: habet vincula, sed vos soluti DEO estis, Triste illic exspirat,*  
*sed vos odor estis suavitatis, Judex expectatur de Judicibus, sed*  
*vos estis de judicibus ipsis iudicaturi.* Huc pertinent qvoq;  
 Romani Martyris verba Hym. X. v. 25. Carcer Christicolis gra-  
 dus corona est, Carcer procedit ad supra[m]a Cœli. Carcer con-  
 citiat DEUM beatis. Ex carcere rapiebantur Christiani ad  
 Catastam, qvæ fuit peculiare tormenti genus, magnæ & lon-  
 gæ compedis formam habens; vel qvoq; pars lignea equulei;  
 accipitur tamen etiam pro lecto ferreo, cui impositi marty-  
 res, subjectis ignibus. Hinc dicuntur à Prudentio I. 56. περὶ  
 τεῦ: Catastæ igneæ. Ejusmodi Catastæ impositus fuit Lauren-  
 tius, inq; eâ tostus, qvi sicuti martyrii cupididissim⁹ fuit, ita  
 incre-

Carcer.

Catasta.

i credibili alacritate acerbissimos ignis cruciatus pertulit.  
 Id Prudent Hym. 3. v. 399. ubi è catastâ Judicem affatur,  
 & latus coctum verti atq; gustari jubet: Coctum est, inquit  
 Devora & experimentum cape, sit crudum an assūm suavius  
 & X. hym. 33. tremunt Catastæ. Item hym. 13. 467. clamat  
 Romanus Martyr: Audite cuncti, clamo longè ac prædico. E-  
 mittō vocem de catastâ celsior. Apud Cyprianum legitur. E-  
 pist. 33. ad pulpitum post catastam venire. In hisce poste-  
 rioribus exemplis Catastâ non significare videtur lectulum  
 ferreum vel craticulam, nec etiam compedis qvoddam  
 genus, sed aliam machinam, in quâ martyres suspensi extensi  
 cruciati, præsertim cum Romanus supradictus in Catastâ cel-  
 sior fact' fuerit. Sed forte machina illa lignea fuit, qvæ jacere &  
 erigi pro lubitu carnificū potuit. Nec catenæ hīc prætermit-  
 tendæ, qvæ perpetuæ noctu atq; interdiu martyrum fuere co-  
 mites. Vincentium voluit Satelles Idoli præcinctus atris legi-  
 bus litare divis gentium, ferro & catenis cogere. Prudent. 2.  
 13. Illos tamen sicut & alios, nec catenæ nec mors dira ter-  
 ruit. Idem. 1. 22. Duabus catenis vinclitus scribitur Petrus,  
 alterâ sub Herode Hierosolymis, alterâ sub Nerone Romæ:  
 Illam cum uxor Theodosii II. Hierosolymis reportasset, &  
 cum Neronianâ conjunxit, miraculosè ita coaluisse inter  
 se catenas produnt, ac si semper una exitisset. De his  
 Poëta qvidam: — — Ut se tetigere repente

Una fuit. — — Et hinc Petri Rettensener vid.

Hospinianus de Origine Fest. Christianor. p. 124. A Catenis  
 Petri progredimur ad Cathedram eius, quam non Romæ sed  
 Antiochiae habuit, de qua idem Hospin. p. 49. Sed hæc Cathedra.  
 dra longè alia ab eâ, qvæ Martyribus cruciandis excogi-  
 tata & ex ferro fabrefacta fuit. Super hac etiam corpo-  
 ra Martyrum torruerunt. De Maturo & Sancto Eusebiius  
 Lib. V. c. i. commemorat, quod omnibus tormentorum ge-  
 neribus

generibus in Amphitheatro toleratis, postremò etiam ferream Cathedram (Ἵνα σιδηρὰ καθίδρα) experti fuerint, cui superposita martyrum membra cum torrerentur, circumstantium narres molestissimo nidore impleverunt. Ibidem de Attalo qvoq; Martyre refertur, qvod in Cathedra ferrea collocatus & assatus, ambusto corpore nidorem gravissimum exhalarerit, Latinoq; sermone populum ita allocutus fuerit: En, inquit, hoc demum est homines vorare qvod agitis. Nos verò neq; homines voramus, neq; omnino mali quicquam facimus. Afflandis corporibus adhibita qvoq; fuit Craticula, in qvâ reliquiæ corporeæ Petri cujusdam, cubicularii Nicomediensis miserandum in modum lacerati, instar carnium, qvæ ad cibum parantur igne assata idq; non simul ac semel, sed paulatim, ne celeri exitu defungerentur. Id. 8. hist. Eccl. c. 6. Et cap. 12, qvidam Antiochiae Craticulis impositi non ad mortem usq; sed ad diuturnitatem supplicii tosti fuerunt.

*Craticula*

*Clavis.*

*Columna.*

*Compedes*

Clavis etiam hīc locus tribuendus. Clavis affigere voluerunt Carnifices Polycarpum rogo impositum. Sed Polycarpus deprecatus est illos dicens: Sinite me; Qui enim mihi vires dat ad ignis Supplicium fortiter sustinendum, idem dabit, ut immotus rogo insitam. Proinde omissis clavis, vinculis duntaxat eum adstrinxerunt. Hūc etiam pertinent Columnæ, qvibus Martyres alligati, & deinde vel fustibus, vel virgis, vel flagris, vel etiam funibus cæsi. Alexandriae nonnulli vultibus in se mutuo conversis, ad columnas alligabantur, pedibus terram non contingentibus adeò ut vincula gravitate corporum adacta graviùs intenderentur.

Euseb. Lib. 8. c. 10. Spectemus nunc compedes, qvæ captis primò additæ, & ultimò ademtæ. Ejusmodi Compedes Plauto canes vocantur, ut in Casina. 2. 6. ubi alter alteri precatur, ut canem & furcam ferat. Et in Curculione. 5. 3.

Deli-

5.

Delicatum te hodiè faciam cum catello ut accubes, ferreo ego dico. Ita vincla & Compedes canes vel Catelli forte ad imitationem Græcorum, qvibus σκύλαξ idem significat, dicuntur. Certè martyres Canibus Catellis plus satis noctu dieq; accubuerunt, non solum ferreis, sed etiam vivis, id est importunis custodib⁹, militibus & Lictoribus, quos Ignati⁹ Leopardos appellat. Euseb. Lib. 3. c. 36. Non solum autem compedes fuere ferreæ, sed etiam ligneæ, in qvibus Martyrum pedes adeò distenti, ut non sine stupore conspecti fuerint. Sic Vincentii plantæ ligno insertæ divaricatis cruribus. Prudent. cit. l. 2. 251. Distracti autem fuere pedes ad quatuor & quinq; foramina, de quâ re pluribus in Nervo. Cæterùm qvod aliis sunt armillæ, & torques, id Martyribus fuere Compedes & vincula. Martyres, qui in Gallia sub Vero occubuerunt, hilares ad Tribunal accedebant, majestatem quandam venustati intermixtam vultibus præferentes, adeò ut vincula præcipuum ipsis ornatum addidisse viderentur, instar sponsæ fimbriis aureis variegatis ornatae: Ad hæc suavem Christi odorem spirantes, ita ut nonnulli terrenò eos unguentō delibutos putarent Euseb. s. 1. Fuerunt etiam quorum capita Contis contusa & contrita. Nam cùm in Vandalicā persecutione sub Rege Hunerico II. Liberatus Abbas cum sex fratribus navi essent impositi, ut rogo ex stramine lignisqve aridis congesto, cremarentur, & flamma divino qvodam miraculo aliquoties extincta esset, tandem à Carnificibus irâ exardescientibus capita eorum Contis fuere confracta. Sunt autem conti perticæ nauticæ, ferro præfixæ, qvibus in fundum immisis rates propelluntur. Victor. Lib. 4. Vandalicæ persecut. Quemadmodum autem Crucis Crux. Christus, omnium Martyrum Antesignanus suffixus fuit, ita & multi alii eidem ligno infami affixi, in primis Petrus

A 3

& An-



¶ Andreas Apostoli, Pleriq; tamen inversi & capite in terram pendulo. De Petro Prudentius m<sup>e</sup>; se<sup>o</sup>. 6. 15. Ille tamen veritus celsæ decus emulando mortis, ambire tantum gloriam magistri; Exigit, ut pedibus mersum caput imprimant supinis, quo spectet imum stipitem cerebri. Figitur ergo manus subter, sola versus in cacumen: hoc mente major, quo minor figurâ. In Aegypto alii in crucem acti, pars eomodo, quo malefici vulgo suffigi solent: pars atrocius capite deorsum verso clavis confixi, & vivi eò usq; servati, quoad in ipsis patibulis fame interiissent Euseb. l. 8. c. 8. Sed de crucis supplicio videatur Lips. & alii. Qvanquam verò Martyres cum ab aliis vitiis, tum maximè à Parricidio fuerunt remotissimi, tamen Culeum effugere non potuerunt. Culeus enim fuit donis Bōwōs, Saccus ex Corio, cui Parricidae vivi insuebantur, adjunctis sūniâ, gallo & viperâ, atq; in mare vel flumen præcipitabantur. Horrendum fuit supplicium Culeus, & qvidem ideo à Romanis inventus, ut (verba sunt Ciceronis in Orat. pro Roscio Amerino) quos Natura ipsa retinere in officio non potuisset, iij magnitudine pœnæ summoverentur. Sed non minus horrendus fuit Cyphonismus à Cyphone sic dictus. Id erat Catastæ genus, vel (describente Cælio Rhodigin. Lib. 6. c. 5. lection. antiquit.) ligneum vinculum, sive ut nunc etiam ferreum, cui inclusi Martyres melle delibuti muscis exponebantur. Id supplicii primo adversus eos decretum, qui per audaciam legum placitarii habuissent. Hi nempe 20 diebus in Archivo vindici Cyphone, nudi melle ac laxe delibuti, ut apibus muscisq; essent pabulum, ut tradit Rhodigin. c. l. Sed deinde Christiani etiam hoc inhumatum supplicium subire coacti sunt. Ita sub Decio & Valeriano quendam melle perunctum, & sub ardentiſſimo Sole, ligatis post tergum manibus resupinatum refert Hieronym. in vita

## Culeus.

## Cyphonismus.

vita Pauli Eremitae. Stilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignium saginas ante superasset. In D. occurrit Deportatio, species exitii atrocis. Deportissima, quā quis nervo aut compedibus vincitus & lictoribus aut militibus tratio & Rediū navi in Insulam quandam sterilem & inanem, amissa etiam relegatio. pīate & bonis, mittebatur. Apud Romanos hoc nomine Gyari infames erant. Hinc illud Juvenal. Sat. 1. Aude aliquid brevibui Gyaris & carcere dignum. Deportati autem à relegatis differebant, tanquam gravius & mitius puniti. Illorum gravior, horum mitior erat poena. Ita Johannes Evangelista in Insulam Patrum vel deportatus vel relegatus fuit. Euseb. Lib. 8. c. 17. In E. Equuleus vel ut alii scribunt eculeus Equuleus se ostendit. Dicitur autem Equuleus quasi Equulus, quia quandam equiformam habuit, vel quia ipsi tanquam equo imponebantur torquendi. Alii crucis formam ei tribuunt, ita ut respondeat homini corpori & brachiis, inserviretque extendendis membris. Aliis est Catasta lignea Cochleis ad intendendum & remittendum aptis instructa. Apud Valerium Max. 1. 3. c. 3 §. 3. in Exier. Eculeus laxatur. Et Seneca Ep. 67. equuleo homines longiores fieri scribit. Ita esset Germanie folter. Quidam tamen sit, vel in hisce equuleis Martyres gravissime cruciati, membris extensi & si liculis, atq; angulis lacerati fuerunt. Ita Asclepiades jussit Romani Martyris eviscerandum corpus equuleis eminus pendere, & uncis unguisq; crescere. Prudent. 1. c. 14. 110. Ab eodem v. 114 noxialis stipes vocatur. In F. habentur Flagra, Faces, Ferre, ferrum, fiduciale, fornax calcaria, flamma, flumina, fumus, funis, furca, furnus ardens, fustis seu fustarium &c. Aut membra facibus data fumificis, flebili- terq; ululanda Tuis, in cineres resoluta flues. Haec sunt Praetoriane minæ, Faces, quæ Eulaliam à fide abstergere voluerunt. Prudent. 1. c. 9. 118. Plura vide infra de Igne. De Feris vide supra Bestias. Sine ferro nullum Ferre martyrium peractum. Ex Ferro enim pleraq; tortorum instrumenta. Ferrum. Ad ferrum pertinet primò gladius seu Ensis, quo cæsus est Paulus sub Gladius. Nerone. Euseb. Lib. 2. Hist. Eccles. c. 25, & innumeri alii. Quosq; Deus gladio destinavit, nec ignis nec aliud supplicium tollere potuit. De Polycarpo legatur Euseb. 1. 4. c. 15. Ferro oculi dextri effossi, & deinde Cauterio adusti; ferro candente incisi poplites, & ad metalla damnati. Eu- Ferrum seb. 1. c. 1. 8. c. 12. Firmilianus Praes finistri pedis curvaturas simul cum candens. ipsis nervis candente ferro excindi, dextrosq; oculos primum quidem mucronibus confodi, simul cum membranis & pupillis, deinde ad ipsas usq; radices

radices canterio peruri preepit. Idem lib. de Martyr. Palest. c. 8. Sylvanus licee  
 jam oculis orbatus eset, tamen Canterio perustus fuit ibid. c. 13. Ferro ignito  
 seu Canteriis complura corporibus Confessorum Fides inusta vulnera. Qvan-  
 qvam autem ferrum & acutum & candens adhibitum, tamen Fidem patientiamq;  
 Martyrum nec jugulare nec exurere potuit. Imo dulce justis cremari, dulce  
 ferrum perpeti fuit, uti canit Prudent. I. c. 2. 5. Romanus Martyr vulnera cante-  
 rio inusta pro insignibus suis, Christiane Nobilitatis indicis habet! Sic enim 14. 13.  
 loquitur. Honos deinde stemmati accedit novus, & splendor ingens, ut magistra-  
 rus, venit; Si confitendi nominis estem probum, signent inusta ferri & ignis vul-  
 nera, & vim dolorum mors sequatur inclita. In his primus primi seculi persecu-  
 tiones est descriptur, & tandem Carmine sex lingvarum Patronis & Praeceptorib,  
 in primis etiam honoratissimo Dn. Hospiti suo, Tit. Dn. Michaelis Laubé/Pharmaco-  
 pœo Reip. Budiss. peritissimo & celeberrimo, cuius singularē amorem & Liber-  
 tatem memori & gratā mente semper servabit, gratias debitas aget. Is per quin-  
 quennium ferè nostræ Scholæ adhæsit, & An. 1685. de Auxiliaribus Angelicis, publi-  
 cè orationem habuit. vid. Program. XXXI. Amisit ante paucas hebdomadas,  
 proh dolor! Parentē septuagenarium, Pastorem qvendā in Kolzig/cum eum forè  
 revisisset, & nihil minus, qvām Parentis mortē timuisset. Per 33. annos ille exili-  
 um patienti animo tulit, & solatii maximi loco habuit videre Filium unicum ad  
 altiora assurgentem. Vedit fruges Pietatis & Eruditionis, sed maturitatem  
 præventus morte non conspexit. Spe tamen eam p̄cepit, & monitis atq; vō-  
 tis extremis adiuvit. Nec Te, Beate senex, falle spes de Gottliebō Tuō concepta.  
 Quantō poterit studio curabit, ut P̄t & docti Parentis pius & doctus Filius audiat.  
 Interim veteri formula Te ex exilio Patriam diu desideratam repetentem profe-  
 qvor: Vale, vale, vale, nos Te ordine, quo Natura permiserit, cuncti sequemur.  
 Ego Te per 40. annos non vidi, sed in cœlesti Patriâ Te brevi videbo, tecum  
 gaudebo. Amen! Secundus secundi seculi Persecutiones est prosecuturus. Sex-  
 ennium hīc, & primos duos annos inter Inquilinos, ut probum & Industrium de-  
 cet Discipulum transagit. Quantos industriæ fructus retulerit ex sexenni apud  
 nos morâ, valedictoria ejus ostentet, cui in fine subnexuit Eucharisticam  
 metrō Græco, Latino & Germanicō, tribusq; orientalibus conscriptam. Cum laude  
 apud nos, mi Calmanne, vixisti, cum laude, imo & Benedictione, quām Tibi comi-  
 tem precor discedis. Tertius tertii seculi Persecutiones est expositurus. & Carmine  
 Elegiaco Nobilissimo Dn. Hospiti & Patrono, Praeceptoribusq; gratum animum est  
 ostensurus. Per quadriennium frigi discipulorum numero se adjunxit, & præ-  
 catteris, raras Ingenii Poëtici dotes exeruit. Id qvod superiori anno, Carmine  
 Latino de Præmiis conscripto publicèq; recitato declaravit. vid. Program. 35.  
 Hæc selectior discipuloru Trias uni eidemq; studio Theologico, in unâ eâdemq;  
 Academiâ Salanâ se totam est additura. Faxit Deus, ut propositum constanter  
 urgeat, metam Theologicam feliciter contingat, Triunus DEI gloriam non solis  
 verbis, sed etiam piis exemplis augeat, & cum suâ proximi salutem promoveat.  
 Audi & exaudi hæc IESU! AMEN.

Ung. VI 58 (1)

ULB Halle  
002 686 287


3



56,

VD17  
Sep. 2000 Pd.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Centimetres  
Inches

Farbkarte #13



xxxx.

De

# PERSECUTIONIBUS

Primitivæ Ecclesiæ

*In tribus prioribus seculis*

Gottlieb Rosenberg / Raut. Sil.

JEREMIAS Kalmann / Pulsn. Misn.

CHRISTIANUS Blottner / Raut. Sil.

Ordine se immediate subsequentes

die 22. April.

*verba faciens.*

Simulquè

Ad Academica studia profecturi

Beneficiorum haud immemores

Patronis, Benefactoribus, & Præceptoribus gratias persolvent.

*Horum  
gratam mentem  
m.*

Dn. Patroni, Fautores atquè Amici

Favore & amore dignam

*judicent*

Præsentiamquè suam deideratissimam ad sesquihorulæ

Spatium illis commodent

*vehementer rogat*

M. JOHANNES Rosenberg /

Schol. Budiss. Evang. Rect.

*Typis ANDREÆ RICHTERI. A. C. 1687.*